

1034.

1291. d. 15 Febr.

Harg.

Ärkedjeken i Linköping Sigtryggs testamente till Linköpings Domkyrka, till alla kloster och Hospitaler inom samma stift, till några prestmän, slägtingar ock tjenare, dels på hemman och lägenheter; dels på silfver, penningar, böcker, klädespersedlar, m. m.

A. 4.

In nomine domini amen. Anno incarnationis eiusdem. Millesimo. Ducentesimo. Nonagesimo primo *) Quintodecimo kalendas Marcij. Ego sigtragus archidyaconus lincopensis constitutus in hargh. sanus mente licet debilis corpore, Testamentum meum condo & facio in hunc modum In primis lego domino meo lincopensi vnum vas argenteum deauratum & duos libros videlicet legendam sanctorum & vnum librum qui vocatur summa provincialis, Jtem ecclesie lincopensi apud quam mihi sepulturam eligo. lego curiam meam arbogha sitam in wýst cum omnibus pertinenciis &c. *det samma som under föregående N:o 155 blifvit upptaget, med följande, mestadels stafnings olikheter:* — stamsryd — dominum Magnum hetha sun — archidyaconatus — Rogans & intime supplicans — Samsona — predium quoddam quod comparau pro .XII. marchis in Fithya stadhum — pro redemptione crucis — baltium — de pellibus Martherinis — capucio — Mythalby — in eodem volumine tali condicione — ebdomada — coram domino & ecclesia —

Sigillen: 1, 5, 8 bortfallna, remsorna qvar; 2, 3, 4, 6, 7, skadade.

1035.

1291. d. 3 Mars.

Lund.

Caniken ANDREAS THORKILS sons bref om anslag till inrättande af ett altare i Lunds Domkyrka.

B 1. 192. N:o 340.

Institutio altaris domini andree Thorkilli prope turrim jn parte australi cuius anniuersarium teneatur de vna taberna lundis sita.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis patris & filii & spiritus sancti Amen Ego ANDREAS THORKILLI canonicus lundensis. Vniuersis in posterum ad perpetuam rei memoriam Bone rei dare consilium. presentis vite habere subsidium & eterne vite exspectare cernitur premium Recedentibus autem animabus a laboribus huius vite et in solis operibus meritoriis que sequuntur eas requiescentibus salubriter consulatur si in hac vita vbi adhuc libet quod non licet piis desideriis & placitis deo oblacionibus sagaciter preuenitur

*) Af den omständigheten att B. 3. 94. b. uteglömt bestämmelsen nonagesimo primo har föraledt detta brefs upptagande under år 1215, hvilket nu härmedelst genom originalet rättas.